

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Ascensio r
cum fonte primo

Ascensionis quattuor dicimus esse gradus:
prima ad cor, secunda in corde,
tercia de corde, quarta supra cor.
In prima timetur Dominus,
in secunda auditur consiliarius,
in tercia desideratur sponsus,
in quarta uidetur Deus.

Bernardus super Cantica.

Unde et
quattuor gradus ascensionis esse dicimus.
Primus ad cor, secundus in corde,
tertius de corde, quartus supra cor.
In primo timetur Dominus,
in secundo auditur consiliarius,
in tertio desideratur sponsus,
in quarto uidetur Deus.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones de diuersis*, 115 (SBO 6.1, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.392, ll.12-15).